30/2/3/20

1

dicti monasterii sancti salvatoris legerensis et eidem
monasterio expectans sicut habes apparet per pri
uilegium nostrum et inde factum sub signo die et
anno infrascriptis Jodocus Nos Jacobus dei gratia
Rex predictus ex certa scientia per nos et
omnes successores nostros et ambos et ex mera ecclesie
super dicti quem nos abbas et conventus pre
dicti nobis ve promissis relaxastis et vobis fecer
iustis et nos ipsum restituimus abbati et mo
nasterio legerensis predictis damus et concedimus
vobis prefato religioso fratri Roderico mur
abbati monasterii sancti victoriani et successori
bus vestris abbatibus dicti monasterii et conventui
dicti monasterii et ipsi monasterio in perpetuum
quadringentos solidos Jaccenses quorum subscripta
forma vobis assignamus habendos et percipiendos
quolibet anno videlicet (...) et satisfactio
ne ducentorum nonaginta solidorum Jaccensium ex pre
dictis quadringentis solidis damus et concedimus
vobis perpetuo monetaticum in fratris Lucorum qua
monasterium predictum sancti victoriani habet in
regno aragonum scilicet loci de sancta maria de la villa
(1310) et turris de la selua et villa de graus et de la
torre de essera et villa de torres et de fossado
de bruy et de toledo de la torre de nissa cum
suis circumstantibus aldeis et villa sancti martini
de araxo de Jaro de guenal de guessa de exepi
de foradada et vallis sancti petri qua de nissa

est p[er] massio villae gra decarum de vesauri
gerdonella de riius de pallas et totius honoris
prioratus gl[ori]o[s]a[e] mariae de obarra et domor[um] quae
ad dictum prioratum spectant quaequidem in p[re]d[ic]
dictis locis fuit monetaticum quor[um] locor[um] ascen
dit et ascendere potest ad valorem et summam
dictor[um] ducentor[um] nonaginta solidor[um] quolibet anno
facta extimatione et coequatione de monetatis
qui s[upra] monetatico colligebantur et colligi pote
rant de septenio in septenium super quibus compota
collecte monetatici ipsor[um] locor[um] t[em]poris retroacti
diligenter inspici fecimus et videri et p[er] eadem
compota reperitum est valorem dicti mone
tatici tantum esse quantum superius declara
tum pro residuo vero centum et decem soli
dis ad complementum dictor[um] quadringentor[um]
sexcentor[um] solidor[um] facimus vobis concessione et
assignatione subscripta videlicet q[uod] p[ro] solutione
et satisfactione sexaginta solidor[um] ex ipsis
centum decem solidis damus et concedimus vo
bis abbati p[re]dicto et successoribus v[est]ris et
conventui ac monasterio supradictis illos
sexaginta solidos quos nos et v[est]ri habeba
mus et recipiebamus et habere et recipere
debebamus quolibet anno in molendinis quae
habemus in villa de aynsa in rio vocato araso
solutione autem et satisfactione restantium
quinquaginta solidor[um] ex p[re]dictis centum de

cem solidor[um] facta exinde compositione p[er] parte
v[est]ra cum fratre d[omi]no lagrosa elemosinario dic
ti monasterii et p[er] parte v[est]ro fideli[ter] mandamus vo
bis p[er] fidelem thesaurarium n[ost]rum [illegible] martij
sexcentos solidos jaccen[ses] cui thesaurario specia
lem n[ost]ram l[itte]ram direximus sup[er] solvendis sexcen
tis solidis supradictis extrahentes itaque de d[omi]nio
et posse n[ost]ro monetaticum supradictum q[uo]d in lo
cis p[re]dictis nobis competebat et competere po
terat et debebat nec non p[er]ceptione dictor[um] se
xaginta solidor[um] assignator[um] in molendinis p[re]dictis
eadem o[mn]ia integriter a posse et d[omi]nio n[ost]ro p[er] ali
bati abbatis v[est]ror[um]q[ue] successor[um] abbatum dicti
monasterii et conventus ipsius monasterii et eiusdem
monasterii p[er]petuo mittimus transferimus et irre
vocabiliter relaxamus sic quod monetaticum su
p[ra]dictum possitis vos et dicti succes[sores] v[est]ri ac
conventus et monasterium p[re]dictum terminis cons
titutis et assuetis s[cilicet] de septenio in septenium
a p[re]dictis etiam sexaginta solidos quolibet
anno recipere colligere et habere ac tam[en] rem
p[er]ceptiam dicti monasterii facere colligi recipi et
levari p[er] quoscumq[ue] volueritis et aliis modis
quibus iure possitis vos et v[est]ri dicti succes[sores] de o[mn]ib[us]
supradictis et singulis v[est]ram facere libere volu
tatem possitis etiam possessionem vel quasi
o[mn]ium p[re]dictor[um] p[ro]pria auct[oritat]e apprehendere
Nos enim quousq[ue] possessionem ipsam apprehe
deritis eadem o[mn]ia recognoscimus v[est]ro no[m]i[n]e possidere

promittentes vobis quod omnia premissa que vobis damus
et concedimus facientes vos et dictos fratres vestros
conventum et monasterium supradictum habere
tenere et facere possidere. Preterea ut de presenti
donatione et concessione perpetua memoria ha
beatur retinemus et salvamus in ipsa donatione
et concessione quod elemosinarius dicti monasterii
Sancti victoriani presens et qui pro tempore fuerit recipiat
et habeat de omnibus quantitatibus quas vobis
ex dicto monetatico et etiam de dictis sexa
ginta solidis decimam partem convertendam
per eum in administratione elemosine dicti
monasterii dictus tamen elemosinarius teneatur
de ipsa decima parte dare et solvere conventui
dicti monasterii quolibet anno in die festivita
tis beati laurentii martiris decem solidos iaccenses
pro pitancia et conventus predictus teneatur an
no quolibet dicta die festivitatis beati lau
rentii celebrare divina officia solemniter in
monasterio predicto ad laudem omnipotentis
dei et gloriose virginis marie matris sue et
beati laurentii et beati victoriani et effundere
orationes et preces pro conservatione salutis
nostre et nostrorum consortis et liberorum et post de
cursum vite nostri temporis teneatur dictus conventus
in dicto monasterio facere annuatim in die
obitus nostri anniversarium pro remedio anime nostre
et parentum nostrorum et dictus elemosinarius te
neatur dare de dicta decima parte pro pitancie